

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Andreas Müller Johannes Morian

Rhapsodia Sententiarum De Errore Animarum

Rostochi[i]: Richelius, 1659

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730551180>

Druck Freier  Zugang



Ru phil 1659
Andreas Müller
Johannes Morian



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730551180/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730551180/phys_0002)

DFG

RHAPSODIA
SENTENTIARUM
^{DE}
ERRORE
ANIMARUM,

Qvarum Examen

בשם שנסמכו תחיה והכין

In celeberrimâ Academiâ ROSTOCHIENSI

Consensu Amplissimi Ordinis Philosophici

DISPUTATIONIS LOCO

Publico Eruditorum Examini, d. XVII. Decembris
 anni decurrentis et cœi LIX.

IN AUDITORIO MAJORI

Instituendo submittunt

MANDREAS MÜLLERUS,
GREIFFENHAGENSIS.

JOHANNES MORIAN,
LUBECENSIS.



ROSTOCHI

Typis Johannis Richelii, Senatus Typogr.

MAGNIFICO,
NOBILISSIMIS & AMPLIS.
SIMIS,

DN. CHRISTOPHORO
GERDESIO,

J. u. Doctori FAMIGERATISSIMO,
ET

DN. GOTTHARDO Brömbs/
Judici causarum Civilium Gravissimo,
INCLYTÆ REIP. IMPERIALIS
LUBECENSIS

ILLI CONSULI EMINENTISSIMO,
Huic SENATORI SPLENDIDISSIMO,
UTRIQ; DE PATRIA OPTIME MERITO,
Dnis. PATRONIS ET EVERGETIS MEIS
GRATIOSISSIMIS,

Primitias isthas Academicas, qvas in devoti
cultus monumentum & quantulorum cunq; stu-
diorum meorum commendationem

MAGNIFICO & AMPLISSIMO NOMI
NI ILLORUM
facere volui.

Cum voto perstatis-decumanæ salutis felicissimiq;
regiminis offero

JOHANNES Morian/
Lubecensis.

ΣΥΝ ΔΕ ΙΗΣ ΧΡΟΣ,
DE

METEMPSYCHOSI.

I.



Nimarum error qvoq; ex multorum propemodum animorum errore prognatus est, multorumq; adeò animos hodiénum obsidet. Sed verò illam commentieum, hunc verè errorem esse, hæc ipsa palam faciet disquisitio. In qvâ q. per benedictionem ejus, cuius æterno decreto nū, ἀνθεῖται ἀπαξ διοθανεῖται, duo circa Metempyschosin ad receptam methodum pensitabimus. Et primò q. *Vocem, Rem postremò.*

2. Vox itaq;, qvâ animalium errorem communissimè indigitant Græcorum & Græcissantium Philosophi, Pherecydæ illa : *Metempyschosis* est. Qvis hujus tenor sit, ex tribus patebit. (1) Ex *Erymologia*, qvam ὄνυμα λόγη ὁ εσθιόν vocant. Cumq; ea duo præsupponat : originem & formam exteriornam, illa q. satis perspicua est ; hæc v. vocem specie derivatā, figurā compositam oppidò designat. Attamen sensum ejus non assekvuntur, qvi *transanimationem*, et si non sine *Emollitione*, Latinè vocant. Nam isthæc vox nec satis Latina est, nec Græcæ illius sensum seu reddit seu exprimit. Græcanicum namq; μετω, in quo vitium latet, nec in, nec extra compositionem Latino *Trans* respondet, sed illi *Post*, cum de *tempore* sermo est. Successivam itaq; & posteram uq; animalium in novis corporibus animationem dicemus, qvod Pythagorei, eorumq; complices aptiore vocabulo qvam cautiore sensu Metempsycho-

A

psychosin vocitârunt. Minus rectè etiam mutationem animarum qvidam dixerunt, et si vel maximè illud μετά mutationem in compositione notaret, imò et si Metempyschosis mutationem animarum ex qvorundam hypothesibus importet. Vide August. l.X. G. ad lit. c. 4. pr: & l. V. contra Man:c.10.pr.

3. Succedit (2) *Synonymia*. Namq; ne in eadem voce hærerent, qui s. contrà s. pro præsenti hæresi, hi scripto, illi voce egerunt, æqvipollentia adhibuerunt vocabula: Qvalia sunt animarum *Transmigratio*, *Remigratio*, *Transius*, *Revolvatio*, Aug: *Translatio*, Aug: *Reciprocusdiscursus*, Tert: *Recidivatus*, Tert: μεταγγισμός, h. e. decapulatio, qvam & elutriationem, itemq; transvasationem vocant, μετανόησις, εἰς τὴν Κωμάτων ἄποι, Porph: μετανομάτωσις, Apol: Orig: ap. Phot: c. 117. Κωμάτων ἄποιν οὐδέληψίς, ib. πλάνη. Merc: Trismeg: παλιγγενεσία, Corn: Jans: conc: Egl. cap: 16. pag: 139. Itemq; à Judæis הַחַיִת הַמְתִים בְּגָלֵל, passim, R. Bechai in מנהא תניינה זאת הברכה. R. D. K: Cœtera non tango. Ne Lexicon Synonymicum potius scripturus videar.

4. Tertium Homonymiæ. Metempyschoseos enim vocabulum non æqve æqvibusvis acceptā esse, ex iis, qvæ de sensu dicenda sunt, constabit. Sed יְלֹבֶל הנשׁמוֹת adjectiōne alterius vocis à גָלֵל המחלות (de qvō s. l.) & s. distinguitur. Æqvivocatio v. vocum παλιγγενεσίας, &c. v. s. l. Cumq; ego errorem animarum cum Hermete, Autore, si ej; libri germani essent, antiquissimo nomino, non emissionem animarum puto, qvalem Epimenides & Hermotimus Clazomenius passi dicuntur, nec successionem in eodem corpore, qvalem Judæi proselytis tribuunt, nec παλιγγενεσίας Cardani, nec circumvolutionem Ciceronis, nec inquietudinem Virgilii; sed eum qvem secundum nomen suprà, secundum Rem infrà describemus.

s. Qvod

s. Qvod ad rem ipsam, primò q. *Sententia Metempsycho-*
rum tenenda est, qvæ duo complectitur: (1) *palmarium dogma*,
qvod est: *animas ex aliis in alia trahere, an detrudi corpora.* In-
gens paradoxon! sed (2) *προσωπικά θεότητας μετανομασία* sunt.
Nam εἰδί, ἀπό της δοθέντης της αἵματος ζυμεῖσιν. Ar: l. i. Φυσ. ἀνθρ.
c. 2. p. pr. & c. 3. pr. De qvibus tamen invicem conveni-
unt, perinde ut Dorius cum Phrygio. Neq; n. *רוּחַ עֲשִׂים*
sibi constat. Hinc variè qværitur inter Metempsycho-
seos hyperperaspistas, scil.

Qværitur: (I) *Quæ quorumq; animæ novis corporibus incarce-*
rentur? ajuntq; alii (1) qvasvis defunctorum animas hunc
recidivatū pati; Alii (2) haberi distinctionem hominum,
qvi dum viverent, vel prorsus boni, vel *νιαζοῦ* fuerunt vel
μέτωπος βεβαιώγοντο; Alii (3) Solas *τόπους* huic peregrinatio-
ni subjacere. Alii (4) Dæmonum etiam animas h. m.
purgandas & liberandas esse?

Qværitur: (II) *In quæ qualiaq; corpora detrudantur animæ?* Re-
spondentq;. Alii (1) in sola humana, ne forte mater fili-
um in mulam revoluta vectaret (Aug: l. X. C. D. cap: 30.)
Alii (2) in bruta æqvæ ac illa; Alii (3) in plantas etiam; A-
lii (4) in saxa non minùs.

Qværitur: (III) *An interea præteriorum omnium oblitiscantur?*
Ajunt Platonici, legem Adraſtiae hanc esse, etsi remini-
scientiam animabus tribuunt; Negant Pythagorici, qva-
tenus Pythagoras & alii, qvi olim essent, recordati dicuntur.

Q. (IV) *Ancorpora bruta apta sint ad operationes intellectu?*
Afferunt hoc Pythagorici; Negant Platonici.

Q. (V) *Quantum sit intervallum inter separationem à corpore*
& novam immigrationem? Afferuntq; alii (1) nullum esse;
Alii (2) aliquod, qvantum quantum hoc sit.

Qværitur: (VI) *Ubi per hoc intervallum animæ delirescant?* Re-
spondentq; alii ad letheos amnes; Alii tamen in Paradiſo,
qvam in gehennâ.

A 2.

Qv. (VII) *In quem finem, ut sit vaginatur animæ, constitutum
fū?* Respondentq; alii (1) ut purgantur novis in corpori-
bus novis angoribus à vitiis, qvæ in prioribus patrârant.
Scil. hæc natalia sunt *Baptismi, oblationum & precum pro refu-
gerio, ignis purgationis ejus, missarum pro liberatione, mortis expiatio-
riæ, & sim.* Alii (2) ut solatium post antiqua mala capiant.

Q. (VIII) *Pœnæ an gratia sū illud divagationis decreum?*
Gratiæ ajunt Judæi. Nam, inquit, נָתָן & יְהוָה Gematri-
cè æqui pollent. Pœnam idem esse iidem agnoscunt, Di-
verso puto respectu.

Qv. (IX.) *Per quos corpora una divagetur anima?* Per tria
ajunt Judæi, siq; nondum purgata sit, permille. Per
infinita alii.

Qv. (X) *An qua animæ ab isto errore liberæ fini?* Ex quo-
rundam hypothesis nullæ sunt, ex aliorum qvædam.

Qv. (XI) *Quibus corporibus in generali, ut ajune, resurreclio-
ne redimendæ sunt animæ divagatae?* Et hic Judæi ajunt: בְּרוּתָה וִקּוֹדֶשׁ R. Jose in Zohar ad Phar: שְׁרָה זָהָר.

Qv. (XII) *Anni, si humanae animæ in bruta migrante
corpora, carnibus proprieà abstinendum sū?* Affirmant Pythagorici & Manichæi, culpantes qvod Act:X,13, spiritualiter
(item Augustin: loquitur) dictum est, scil: ne quis bubulam de
aliquo avo obsonaret. (Tert: apol: cont: Gent:)

6. Seqvitur II. examen. Ubi de tribus in primis agen-
dum est (1) de sensu ancipitis illius Propositionis: animas
egressas corpore in nova relegari ergastula. Nam 1. non
unius generis sunt ii, quibus hæc assertio Metempsychoſis, uti vel ex
singulorum ipsorummet verbis, vel aliorum de his fide-
constat, probata est. Probatur enim qvam plurimis ex Pa-
ganis plerisq; ex Judæis, multis ex antiquis in Christiano Ec-
clesia hæreticis, Mohammedanis communiter (Et vel inde
argumentum Bellarmini, qvod habet l. i. c. 7. de Purgat:

Rat: 3

Rat: 3, & stimare licet.) II. Nec tamen omnium eadem mens fuit.
Qvare, ne per improperium qvibusvis, qui Metempsy-
chos in docuerunt, aliena sententia affingatur, penitus in-
qvirendum est. Agamusq; distinctim (1) de Pythagorac.
Hujus thesin interpretantur alii 1. ἐφελυνῶς, ut Judicium de
mente ejus suspendant. Alii 2. ἡθινῶς, sc. ἀληγορεύων; potius,
q; d: homines vitiis indulgentes propriam qvasi naturam
exuere & in bestias mutari. Transire itaq; animas eorum in
brutorum non corpora, sed affiliū; probos trā illustriū viro-
rū non animas, sed animos gerere. Alii 3. Φυσικῶς, seu propriè
potius, & horum alii volunt Pythagoram πανταγωγίαν (ut
ita loqvar) locutū esse, h.s. ut horrore immanitatis homi-
nes à vitiis avocarentur; spe melioris corporis ipsi virtutes
sectarentur. Alii (2) cum verē id sensisse, qvod exsertim
dixit: *Animas corpore solutas in nova derudi corpora, judicant.*
Hanc enim immortalitatem animæ esse ex ejus sententia: ita
Psychopannychitarum, Arabicorum & Epicuri Syrtes i-
plum declinasse, &c.

Cöterum Pythagoricos qvīdē omnino multos hujus
erroris reos fuisse arbitramur, Pythagoram non item.
Sicuti Epicurus rectius nonnulla qvam Epicurei docuisse a-
gnoscitur ab Augustino.

7. De Judæis secunda Qvæstio est. Hos n. μετεμψυχώσας
doctrinam, unde unde etiam acceptam, suam fecisse pro-
batum eunt nonnulli ex Matth: XIv, 2, c. XVI, 13. Joh: IX, 2.
Sed qvod priora loca attinet, futura esset interpretatio il-
la contra principia Metempychotarum; qvod postremū,
ad aliam Judæorum hæresin ille spectat. Sed propterea
ab hoc errore absolvini non possunt Judæi. Patet enim ipsos
animarum errorem agnoscere 1. quodammodo ex Joh: I, 22.
2. expressius ex Joseph: I, XIX, δέκ. c. 2, I, II. de B. J. cap: 7.
Clarissimè 3. ex sexcentenis Talmudistarum, Targumista-

rum & Rabbinorum textibus, In quibus vel 1. *Alciprius*
& disertè illam sententiam proponunt, vel 2. exempla ho-
spitum animarum afferunt, vel 3. idem dogma seu ex san-
ctis *Israelis fontibus* (*Psalm. LXIX. 27.*) s. aliundè statumina-
tum eunt. Qvod ad aliorum exceptiones: 1. Phariseos
hanc doctrinam horruisse. *Cornel. à Lap. II* ex locis N. T.
& Josephinis nihil tale colligi posse. *Camero. III.* Rabbinos
volutationem animarum Cabalisticè intelligere. *Capn: de*
iis in Cylathos videbitur.

8. Seqvitur *III. de quibusdam aliis*, qvi Metempsycho-
sin professi videntur, sed tamen phrasí hac vel *immortalita-*
rem animæ, vel *reviviscientiam hominis*, vel animæ ad locum in-
finitæ mansionis iter subindicarunt, E. G. *Zamolxis*, inter
alios, & *antiqui Germani*, qibus *G. J. Voss*, Metempychosin
in proprio & communissimo sensu immerito attribuit.
Cœteris qvi unà cū *Judæis* Metempychosin *Physe* intel-
ligunt & Metempych: mysteria per tot qvæstiones, iis, qvæ
ap. *Scholasticis* & horum Patriarchas, locutulejos Arabum
prostant, non absimiles, rimantur, dica hæc scribitur. A-
gendum itaq; erit *II. de sententia bujus falsitate*. Cumq; Me-
tempsychotæ duum sint generum 1. qvi *animas defuncto-*
rum in nova corpora, donec & illis interveniente morte
communiter sic dicta discedant, detrudunt. Et 2. qvi tām
superstitum, qvām defunctorum *animas in bruta corpo-*
ra, in qvibus homines aliquando apparere afferunt, devol-
vi statuunt, *Hos* qvidem sub apparitionum titulo Metem-
psychosin alias negatam ab ipsis comprobare, & ludibriis
Satanæ veritatis autoritatem conciliare; *Ilos* verò multis
modis, non tantùm in *sacrae Scripturæ oracula*, sed & able-
ctioris Philosophiæ ratiocinia arbitramur impingere.

9. Quantū ad ipsam *Thehn I. ad objectiones, Exceptiones*
& instantias inconflictu respondebimus, *II.* Nostras faci-
mus

mus rationes contrarias, qvas habent D. August. l. XII. C. D.
c. 13. & al. D. D. Danh. Coll. P. disp: i. contr: s. B. Micr. Etbn. l. I.
dial: 4. c. II. Ar. l. I. de an. c. 3. t. 53. Salmas. in Simpl. p. 171. s.
Horum enim verba transcribere, qvid attinet? Qvan-
quam fateamur, non omnia argumenta æqvæ ferire ad-
versariorum thesin, præsertim cum non omnes Metem-
psychotæ iisdem utantur Hypothesibus.

10. Qvod ad allegata superius *Consecularia*, conjectu fa-
cile est, subversâ *Thib.*, & illa corruere, sicut vara vibiam
seqvitur.

ii. Restat ultimum, de origine errore doctrinæ. Qvod de
duobus nos agere jubet, i. De antiquissimis Metempsychosis
qvomodo cunq; intellectæ Autoribus. 2. De Coryban-
tiasimi hujus, qvatenus Metempsychosis physicè intelligi-
tur, transplantatione. Primum itaq; vocis ipsiusq; the-
sis architectum conjiciunt esse, alii Pherecydem Syrium.
Svid. alii Pythagoram, alii Ægyptios; Alii Alios. Anti-
qvissimorum enim dogmatum initia non satis curiosè ab
illarū æstatum, qvando nondum ingenia novitate doctrinæ
æstimabantur, nec Plato veritate superior erat, Scriptori-
bus consignata sunt. Sed qvisqvis primò docuerit Me-
tempsychosin, physicè illā non intellexisse dixerim. No-
ta n. est antiquorum secretior Philosophia, *Pythagorei* itaq;
& *Platonici*, ex qvibus tn. plurimi pinguius nugantur, ple-
rumq; mensuram illius: $\Delta\epsilon\alpha\pi\theta\delta\omega$, qvæ prima profes-
sionis utriusq; regula erat, implerunt. Horum antiqua
cū *Judeis* commercia cui non dicta sunt? Sed hi multa falso
ab iis tradita, incautè accepta ex sacris etiam textibus
comprobare satagerunt. Etsi fateamur Græcam, ut &
alias nationes nonnulla Judæorum dogmata, sublestâ
quantumvis fide, depeculatas esse. *Christiani* deinceps in
antiqva Ecclesia, qvi huic errori subscriperunt, eum tum

ex

*ex Philosophia Platonica, tum ex multis Judaeorum inveteratis hau-
serunt. Mohammedani eundem ex Judaeorum partim, par-
tim Christianorum heterodoxorum spuriis suxerunt tra-
ditionibus. Paganis deniq; alii ab aliis errare didicerunt.
Δεινός αμονέστης enim facilius arripiuntur, tenacius ha-
rent.*

12. Et ista quidem compendio dicta sunt. Nos *ab
exilio animarum tuti anhelemus illum perennantis hospitationis
locum, qui omnibus patet, a plerisq; appetitur, a pluribus
praeteritur, a paucioribus incolitur.*

DEO GLORIA.



Plutarch: lib: εἰς καλῶς ἔργη τοῦ Λάθη Βιώσις.

Εἴπερ ἐστι μὲν Φυσική, οὐδὲν ὑπονοή καί. Διὰ τὸ λάθη Βιώσις;
Ἐντα μηδένα παιδεύσῃ, μηδενὶ ζῆλον δέσπει, μηδενὶ παρεῖδει γηγενεῖ
καὶ λόγον γένηται.



COROLLARIA.

1. An conveniat Adamum vocari Barnoscho? A.
2. An Polygamiæ expressa in V.T. extet prohibitio? A.
3. An qvædam Leges cer. & for. ap. Judæos ante promul-
gationem Mosaicam sint observatae? A.
4. An proba sit Versio Joann: l. i. وَاللَّهُ هُوَ الْكَلِمَةُ? R.
Dupliciter absurdâ est.
5. Hæc propositio: Joannes est Elias, Matth: XI, 14, nec pro-
priè intelligenda est juxta Judæos, nec per Metony-
miam signi prosignato juxta Keckerm: sed Metapho-
ricè juxta Goclen. & D, Finck. c. I, can: 14

(6):(0):(9)

PRÆCLARUM, MORIANE, TUUM CŒPTUM, QVOPUBLICA
IUSTRAS,

DUM PER PRIMITIAS OPTIMA QVÆQ; REFERS.
EXCELLENS MÜLLERUS, AMOR MEUS, OPTIMA MONSTRAT,

CUJUS PRÆSIDIUM CONDECORATUS ERIS.

QVID METAMORPHOSIN VANAM CURARE PLACEBIT?
TRANSEAT IN FORMAM MENS GENEROSA D E I.

Benevolia manuscr.

Johann. Georgius Dorschens, D.

Ad

PRÆSTANTISSIMUM DN. RESPONDENTEM.

DE GLORI NESP RECUTITUS DISPUTAT ORDO,

NEC PUDET E SAVUM TRANSAIMARE DEO.

QUEIS MELIORA Tamen finxit præcordia cœlum

RIDENT HAS NUGAS, STULTITIAMQ; VOCANT;

TU RECLE SALTUS ANIMÆ, MORIANE, RESELLIS:

NE QUIS QUAM TRIBUÆ, NEC MERAERE, FIDEM.

SIT FELIX! ANIMAM STUDIOS CALESTIBUS INFER.

FAT TUA MENS SUMMO SERVEAT USQ; DEO!

Celer. honori & amori erga

DN. Respondentem.

A. VARENIUS.

Eccc

Ecce ministerio dum jussus abesse novello
(Scilicet: hæc patriæ plaga est communis) abinde
Erro, dumq; errant animæ, qveis debeo vitam
Illinc; hinc animæ, qvas vitæ pascere verbo
Vox erat ÆTERNI, mecum MORIANE facetos
Errores animarum ambis convincere falsi.
Non errare animas, sed nec priscos, nisi vulgus,
Et qvorum mens crassa ænigmata non capiebat,
Hoc voluisse palam faciendum est. Faxit JOVA
Sedulitas tua, primitiis his prodita, aberret
Neutrō sine, animum qvare colimusq; colendusq;
Est hic: ut hinc nobis crescat doctrina; & ut illinc
Sparta docendi alios veniat. (Speratur hoc, illud
Qvaritur.) Hoc æqvè voveo, atq; ut reddar iis, qui
Mecum extrâ patriam, plorant patriam qværuntq;.

F. postridie Non. Dec. ex e.

M. A. M. Greiffenbagensis.

Ad Præstantiss. RESPOND.

DN. JOHANNEM MORIANUM,
LUBECENSEM.

LUBECENSIS Anag. EN BIS LUCES.

Luminis urbe instar magni LUBECÆ resulget,
Et quia LUBECÆ natus es ipse nites.

Cumq; simul bene sis natus studiusq; policus,

Te BIS LUCENTIS gloria digna manet.

Iamq; (sic hoc felix!) iter & amplius euge renides,

E carbed à quando fulgidâ verba sonas.

Amicum & Commens. suum perqvam charum

paucis hisce volebat præpropere

M. A. D. Habichthorst, P. L. C.

•(6):(0):(6)•



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730551180/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730551180/phys_0015)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730551180/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730551180/phys_0016)

DFG

mus rationes contrarias, qvas haben
c. 13. & al. D. D. *Danh. Coll. P.* disp: I. co
dial: 4. c. II. Ar. I. I. de an. c. 3. t. 53. Sal
Horum enim verba transcribere,
qvm fateamur, non omnia argum
versiorum thesin, præsertim cum
psychotæ iisdem utantur Hypothesi

10. Qvod ad allegata superius C
cile est, subversâ *Thesi*, & illa corrue
seqvitur.

II. Restat ultimum, de origine erro
duobus nos agere jubet, I. De antiqui
qvomodocunq; intellectæ *Autoribus*
tiasmi hujus, qvatenus Metempsycho
tut, transplantatione. Primum ita
sis architectum conjiciunt esse, alii I
Svid. alii Pythagoram, alii Ægyptios
qvissimorum enim dogmatum initia
illarū æstatum, qvando nondum inger
æstimabantur, nec Plato veritate sup
bus consignata sunt. Sed qvisquis
tempychozin, physicè illā non intell
ta n. est antiquorum secretior Philos
& *Platonici*, ex qvibus tn. plurimi pin
rumq; mensuram illius: *Δει* *αντιθεσ*
sionis utriusq; regula erat, implerun
cū *Judæi* commercia cui non dicta sun
ab iis tradita, incantè accepta ex sa
comprobare satagerunt. Etsi fatea
alias nationes nonnulla Judæorum
qvantumvis fide, depeculatas esse.
antiqva Ecclesia, qvi huic errori subse

XII.C.D.
.Eibn. 1.I.
p. 171. f.
? Qvan
erire ad
Metem

jectu fa
a vibiam

Qvod de
psychoseos
Coryban
intellig
usq; the
Syrium.

Antir
riosè ab
doctrinæ
criptori
erit Me
m. No
nore itaq;
tur, ple
a profes
antiqva
ulta falsò
textibus
m, ut &
sublestâ
nceps in
cum tum
ex

